Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Index Rervm Præcipvarvm Primæ Partis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

Visual Library

INDEX

RERVM PRÆCIPVARVM PRIMÆ PARTIS.

ABNEGATIO. Vide *Appetitus. Mortificatio.*

Abſtinentia. Quale ſit perfectionis ſignum. pag. 130. *V. Temperantia.*

Acedia. Quam ſit contraria gratiæ & devotioni. 54.

Adventus. Duplex Chriſti Adventus, & duplex ei conformis renovatio 8. v. *Chriſtus.*

Adverſitas. Non triſtabit juſtum quidquid ei acciderit. 120. non quia mala ſunt, perturbamur in adverſis; ſed quia perturbamur, adverſa mala ſunt. 173. æquè in adverſis magnificandus Deus. 190. niſi probè paratus ſis ad adverſa, nec ad ipſa proſpera bene paratus es. 205. de cohibendo murmure in adverſis v. *Murmur.*

Affectus. Quando eſt inordinatus, obſtat confeſſioni & contritioni 2. Quando ſunt boni multum conferunt ad agnoſcendum Chriſtum. 44. quàm ſint mortificandi ad pœnitentiam & converſionem. 58. ſtatim ſequi debent diſcurſum in meditando. 90. circumcidendi ad puram intentionem. 96. magis tenemur omnes affectu noſtra relinquere quàm effectu Apoſtoli. 98. qui gravior in nobis eſt, eò minùs curari volumus 221. v. *Appetitus. Mortificatio.*

Amor Dei. Apparet in Dono filii 10. quàm purus noſter eſſe debeat 46. non vivitur in amore ſine dolore 5. Amor non eſt otioſus 52. Amor non niſi amore compenſatur 53. Aut non amatur Chriſtus aut amatus aſperitas 61. Amor ſponſæ Chriſti qualis. 225. v. *Charitas.*

Amor proximi. Alienis bonis gaudet ut propriis. 69. Sicut non ſunt amanda vitia propter amicos homines, ſic non ſunt odio habendi homines propter eorum vitia. 192.

Amor ſui. Tantùm proficies, quantùm à te deficies. 186. hæc ſponſæ fides eſt, ut ſicut neminem præter ſponſum velit diligere, ſic velit à nullo diligi. 225.

S. Andreas. Quo amore Crucem amaverit. 228.

Apoſtolatus. Hæc ejus duo ſigna certiora: velle abſtinere libenter ab omnibus bonis, & mala quævis ſuſtinere. 230.

Appetitus. Quomodo ſubjiciendus rationi. 202. qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe Chriſti diſcipulus. 217.

Arrogans. Quàm benè de Chriſto humilis, tam malè meretur arrogans. 40.

Avaritia. Omnis copia, quæ Deus non eſt, egeſtas eſt. 71.

CHARITAS. Securior eſt caſtitatis victoria fugiendo, quàm pugnando. 74. Qui diligit cordis munditiem, habebit amicum Regem. 84. Aut puritatem Beatiſſimæ Virginis neget impurus, aut concedat ſe abnegatum à tam pura Virgine. 241. Nemo amans impuritatis amat Beatam Virginem. 242. quam in ſe amat Beata Virgo puritatem, in nobis amat, & quam in ſe odit impuritatem in nobis odit. 243.

Certamen. v. *Tentatio.*

Charitas. Sic Deus dilexit mundum, ut ſic mundus diligeret Deum, ſicut dilectus eſt. 9. cui nimis adhuc durum videtur pati pro Chriſto, nimis etiam durum videtur amare Chriſtum. 62. Eſt quidem certum in Charitate unionem eſſe perfectionis: Sed non eſt certò hæc dicenda charitas, neque hæc unio niſi in obedientia quæ dicitur Charitatis. 188. v. *Amor Dei.*

Chriſtus D. Nemo Chriſtianus Chriſti judicio condemnabitur, niſi qui prius ſuo Chriſtum judicio condemnaverit. 1. Primus Chriſti Adventus, mundano tam timendus, quam ſecundus. 3. Quàm raro cogitas Chriſtum tam crebrò reſiſtis Spiritui ſancto. 13. Vix ullus eſt qui non ſe verè putet deſiderare Chriſtum, & vix ullus eſt qui eum verè deſideret. 15. Se anteponit Chriſto qui ſe omnibus non poſtponit. 35. ubi de ejus incarnatione. Affectu potius quam ſtudio Chriſtus cognoſcitur. 43. ubi & per integram hebdomadam, de variis ejus titulis, nominibus, gratiis, virtutibus & aliis quæ ad eum ſpectant. Magnificentior in præſepi quam Salomon in throno ſuo. 79. Cùm ſimplicibus ſermocinatio ejus. 91. Novi & veteris hominis diſſidium. 88. Non tam à magno Regno Rex magnus eſt, quàm à Magno Rege Magnum ejus Regnum. 112. v. *Concupiſcentia, imitatio, & pro variis ejus titulis.*

Cognitio ſui. Multum ei proſunt hæc multum expenſa verba: *Tu quis es.* 40.

Communio. v *Sacramentum.*

Concupiſcentia. Non niſi tribus oblatis concupiſcentiis Rex Chriſtus re agnoſcitur. 110. Totius difficultatis de pura intentione ſolutio, ſtudium eſt continuum reprimendæ concupiſcentiæ. 103. Febris animi eſt animo longe periculoſior, quam febris corpori. 151.

Confeſsio. V. *Pœnitentia.* Quod magis confert ad faciendam confeſſionem minus efficitur niſi cum Sacerdote prius conferatur. 162.

Confeſſor. SS. Confeſſoribus Pontif. communis conſideratio & veritas. 263. non Pontificibus. 267.

Conſcientia. Qui contra peccant, magis peccant. 26. Vox clamantis eſt in deſerto cordis poſt peccatum, peccatori audienda 41. multorum eſt cauteriata & perverſa. 160.

Conſtantia. V. *Adverſitas, fortitudo.*

Contemptus. V. *Mundus.*

Contritio. Nulla eſt, non depoſito pravo affectu. 2. 58. 163.

Converſatio. Ne quid nimis, aut quid minus cum proximo. 93. nemo ſecure apparet niſi qui libenter latet. 130.

Converſio. V. *Contritio.*

Culpa. Culpæ reatus gravior eſt quam pœnæ. 6.

DEDICATIO ECCLESIÆ. 275.

Deſideria. V. *Chriſtus.*

Deus. Quanto ſe humilis minorem facit, tanto magis magnificat Deum. 70. aut nullam vitæ partem, aut totam Deo debes. 106. niſi te ſubdas Deo, Deum tibi ſubdis. 135. non dixeris per Deum abeſt. 157. ſi non ſemper, nunquam magnificas Deum. 190. de immenſitate & ſingulari præſentia Dei ſacris in locis, ac de divino cultu ibi exhibendo. V. *Dedicatio Eccleſiæ, murmur.*

Devotio. Neſcit tarda molimina, ſicut nec ipſa gratia. 66. ſenſitivæ devotionis ſubſtractio, veræ & ſolidæ devotionis eſt probatio. 124.

Difficultas. Quanta ſit pœnitendi propter affectus. 59. Sic facta ſunt aſpera in vias planas, ut tam jucundè per aſpera quàm per plana vivamus. 60. majus eſt Chriſti beneficium amaritudines ſive difficultates nobis reliquiſſe amabiles, quàm nullas reliquiſſe. 61. Quò longius differes, difficultatem difficilius tolles. 178. qui à lege excludit aliquid quod putet difficilius, excludit à ſe totam legem. 255.

Dilatio. V. *devotio.* Dum lucet, ambulandum, ne tenebræ fiant. 108. periculum in mora. 247.

Directio. Ne dicas ſufficiens mihi ſum. 164. *ubi de hac materia fuſius per totam hebdomadam.*

Diſcipulus. Non minus modo quàm olim Chriſtus in propria venit, nec ſui magis eum recipiunt. 63. Qui non renuntiat omnibus non poteſt eſſe Chriſti diſcipulus. 216. V. *imitatio.*

Diſcretio. in bonis etiam operibus exercendis. 266.

Doctrina. Doctor. Si quid nos revocat à doctrina Chriſti, vel ob id maxime recipienda 151. Chriſtum non recipit, qui doctrinam ejus non recipit. 64. V. *Scientia.*

SS. Doctoribus communis conſideratio & veritas.

Donum. Ut certum ſit amoris ſignum certas habet notas. 10. ſi vis quod non habes, da quod habes. 142.

EFFECTUS. Comitari debet affectum in ſe offerendo & meditando. 11. 90.

Excuſatio. Quam ſibi fingunt homines vel à dignitate ſua, vel à difficultate rerum, vel à tempore, nulla eſt. 255.

Exemplum. V. *Imitatio.*

Exequutio. V. *Effectus.* Et communia ſingulariter, & ſingularia communiter.

FIDES FIDELITAS. Subſtantia ſeu ſubſiſtentia eſt rerum futurarum. 6. In parvis major eſt ſervi Dei fidelitas. 222. Sicut ne pereat fides, perdenda eſt Martyrio vita naturalis: ſic ne pereat fidelitas, perdenda mortificatione vita ſenſualis. 261.

Fortitudo. Injuriam infert gratiæ maximam, qui pro ferenda injuria non certat fortiter. 82. Mulierem fortem quæ faciant. 273.

Fragilitas. Quanta ſit in humano corpore. 176.

S. Franciſcus Xaverius. 230.

GAUDIUM. Non magis fidendum humano gaudio quàm homini mentienti. 145. V. *Proſperitas.*

Gloria. Nulla re homo quantumvis glorioſâ gloriari poteſt. 27. nulla res eſt in humanis verè glorioſa. ibid.

Gratia. Non eſt lenta. 66. 108. 179. Si ad humanam gratiam divina poſtulas, divinam ipſam repellis gratiam. 145. Gratiarum diviſiones. 164.

Gratitudo. Facit ut quo quis eſt major, eò ſit humilior. 34. Gratitudo animi nulla formari poteſt digna beneficio vocationis, niſi ſe animus dignè conformet vocationi. 199.

HUMILITAS. Ita pugnat cum honoribus, ut non repugnet obedientiæ. 32 *ubi plura per totam hebdomadam de hac virtute.*

IESVS. De pretio nominis Iesu, tantò plus circumciditur & nobis deperit, quantò minùs nos circumcidimus. 95. diſcedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini. 98.

Imitatio. Magis laudat ſanctos, quàm laus ipſorum. 21. exemplo ſuo Chriſtus nos magis urget quàm imperio. 118. qui dicit ſe in ipſo manere, debet ſicut ipſe ille ambulavit & ipſe ambulare. 136.

Immortificatio. Facit cauteriatam & inſenſibilem conſcientiam. 116. V. *Mortificatio.*

Indifferentia V. *Adverſitas. Mortificatio.*

Inimici. Magis prodeſſe poſſunt odio quàm profuiſſent obſequio. 86.

Intentio. De hac fuſè à pag. 96.

Invidia. Quàm ſit contraria charitati, quæ alienis bonis gaudet ut propriis. 68.

S. Ioannes Baptiſta laudatur à Domino 21. laudat Dominum 38.

S. Ioannes Evangeliſta valde honorandus. 84.

S. Ioſeph. Qualis quantuſque vir. 19.

Iudicium. In quo conſiſtat verum de rebus judicium. 29. quomodo judicent homines Chriſtum, antequam à Chriſto judicentur 1. quale jam Chriſtus de mundo judicium tulerit. 4. quæ futura mundi renovatio in extremo judicio. 14. quod humana nimis, neque ſatis divina timeantur judicia. 218.

LABOR. Niſi diligenter advertas, ſtulto labore conſumeris. 154. V. *Difficultas.*

Laus. In quo vera conſiſtit. 22. ad laudes noſtras tre-

mere

mere potius convenit quam exultare. 29. Melius laudantur Sancti noſtris operibus quam verbis. 269.

Laxitas. Non quod liceat ſpectandum eſt, ſed quid expediat. 118.

Libertas. Quænam ſit vera. 43.

Lingua, Loquela Nemo ſecure loquitur niſi qui libenter tacet. 244.

MANSUETUDO. procurat pacem & internam Chriſto domum. 75. qualis ſit Chriſtiana. 135.

Maria Virgo. Quantæ dignitatis. 17. Quantæ poteſtatis, ad procurandam hominum ſalutem. 18. Quantum à nobis colenda. *ibidem.* Quàm humilis per omnes hujus virtutis gradus. 34. & tota ſequenti hebdomada. Eius conceptio. 238. Ejus puritas 241. Eius cultus maturandus. 247 Eius purificatio. 117. 254. *& ſeq.*

Martyrium. Martyres. SS. Martyribus conſideratio & veritas communis. 261. V. *Fides.*

Mediocritas ſeu Moderatio. Quam ſit ubique adhibenda. 170.

Meditatio. Diſcurſum affectus, & affectum effectus ſtatim ſequi debent. 90. Quàm ſit neceſſaria veritatum Evangelicarum meditatio. 212.

Mortificatio. In primis neceſſaria ad rectam intentionem. 97. 103. Totus in ea profectus ſpiritualis. 187. perfecta eſt in obedientia Charitatis. 189. Non eſt minus perfectæ Mortificationis benè uti rebus, quàm non omnino uti 21. ſicut à veteri lege, ſic à veteri homine abſtinendum. 208. Crux non eſſet bona, niſi bonum eſſet cruciari. 228. V. *Fidelitas.*

Mundus. A Chriſto jam judicatus. Mors mundanorum in peccato. 4. Judicium Chriſti de rebus hujus mundi. 5. Aut Chriſtus fallitur, aut Mundus errat. 77. *ubi de eius contemptu.* & 274.

Murmur. Quantò minus murmuramus, aut omnino tacemus flagellati à Domino, tantò altius altiſsimum eius dominium prædicamus. 214.

S. NICOLAUS. Quàm multis ornatus donis. 235.

OBEDIENTIA. Non illis repugnat humilitas. 23. perfecta obedientia quæ dicitur Charitatis. 188. V. *Voluntas.*

Oblatio. Debet eſſe effectiva ſicut affectiva. 11.

Officium. Hoc eſt verè laudabile, laudari ab officio. 21. 264.

Opera. In bonis etiam operibus faciendis opus diſcretione & directione. 166.

Oratio Jungenda illi opera faciliora quæ poſſis; ut quæ non poſsis, obtineas. 142.

Non minùs in proſperis quàm in adverſis orandum ne illa noceant. 144.

Otium. Non eſt amor Dei otioſus. 46.

PASSIO: Servilis eſt. 23. v. *Appetitus. Mortificatio.*

Patientia. Pati & amare Chriſtum, ſunt idem. 67. pati injurias quam ſit Chriſtianum. 135. Veri Apoſtolatus nota certior eſt patientia. 230.

S. Paulus. Ejus converſio. 252.

Pax. Quàm ſit idonea Chriſto recipiendo. 75. quòd ſit in amaritudine pax, & in pace amaritudo. 119.

Peccatum. Ejus gravitas ex Chriſto paſſo. 6. tremendum eſt in ejus periculo. 30. Nomini Iesu oppoſitum 98. Non ſunt facienda mala ut eveniant bona 101. Non tam à Dæmone immundo immunda ſit anima quàm à ſeipſa. 149. Non ſcrupuloſa ſed rationabilis ſollicitudo habenda de peccatis remiſſis. 180. Ex peccato tanquam ex vulnere poteſt capi remedium perſanãdi peccati. 250. Chriſto & Beatæ Virgini gravius eſt quàm ipſa Chriſti mors. 258.

Perfectio & Profectus. Progreſſus perfectionis per tres vias. 186. certior perfectio in obedientia Charitatis 188. probroſum eſt incepiſſe nec proſequi. 227. Tantum proficies, quantum à te deficies. 187. ex ipſis proficiendum eſt culpis. 250.

Pœnitentia. Licèt omni peccatori ſit neceſſaria, vix tamen ullus eſt, qui quæ ſunt ei neceſſaria faciat. 58.

Perſeverantia. Multum ad eam confert præſidium B. Virginis. 17.

Præſumptio. Fallit preſumentes. 6. Sicut non deſperandum, ſic neque præſumendum. 180.

Proſperitas. Quàm ſit cavenda, 119. Non minus timenda quàm adverſitas. 144. nec in ea magis gaudendum quàm in adverſis. 69. quàm ſit adverſum, nimis affici proſperis. 205. V. *Adverſitas.*

Providentia Divina. Hinc nulla re contriſtatur juſtus, & æquali ſemper eſt animo. 121. 122. tantò his amplior & fidelior quò ſibi minùs providet. 235.

Prudentia. Ut eſt oppoſita ſimplicitati. Vide *Simplicitas*; non quid liceat, ſed quid expediat attendit. 118.

Puſillanimitas. Quàm ſit cavenda. 182.

RATIO. Quomodo ſubjiciatur Deo. 201.

Religio. Religioſus, V. *Vocatio.* Religioſorum Ordinum SS. Fundatoribus communis conſideratio & veritas. 269. Non verbis, ſed moribus à filiis Religioſis Pater laudatur *ibid.*

Reſpectus humanus. Quantum noceat. 26.

Renovatio. Quid ſit, & quàm debita Chriſto, mundum adventu ſuo renovanti. 8. non tam aliud agendum quàm aliter. 83. quàm ſit crebrò facienda, & facilis ejus praxis. 252.

SACRAMENTUM. Suam ille veſtem nuptialem recuſat induere, qui recuſat inſtrui de debito Sacramenti uſu. 171. Ad ſacrum locum velut ad Sacramentum. V. *Dedicatio Eccleſiæ.* ubi fusè, cur Eccleſia dicatur inæſtimabile Sacramentum.

Salus. Valdè periculoſa in hoc mundo. 176. incerta. 180. nulla eius certior certitudo quàm in ſua vocatio-

ne. 196. quod gravius in nobis malum eſt, hoc minus curari volumus, quod eſt ſaluti valde obnoxiũ 220.

Sanctitas. In certo eſt propriæ vocationis gradu. 197. quænam decet Dei domum. V. *Dedicatio.*

Scandalum. Activum eſt & paſsivum, & utrumque damnoſum. 25. 118.

Scientia. Sic cavenda ne ſcientia præferatur virtuti, ut tamen ſcientia non negligatur. 265.

Senſualitas. Si quid interdum ſenſibus licitè indulgetur, non ut ſenſuale eſt, ſed ut eſt licitum, accipiendum eſt. 205.

Servitus. Servus. Dura ſervitus cupiditatum. 24. quàm ſit debita Chriſto D. noſtra ſervitus 127. In parvis major eſt ſervi Dei fidelitas. 222.

Silentium. V. *Loquela.*

Simplicitas. Cum ſimplicibus ſermocinatio Chriſti. 91. quàm ſit Chriſto accepta. 140. Væ duplici corde. 168. 257.

Solicitudo. Quænam ſit habenda de peccatis remiſſis. 181. de ſervando Corde. 183. quanta de ſuis, aut de Chriſti rebus. 235.

Spiritus. Tantò magis ei reſiſtitur, quantò minus de Chriſto cogitatur. 13. ſeptem ejus dona. 47. Si Spiritu vivimus, Spiritu & ambulemus. *ibid.*

S. Stephanus. Quanta eius fortitudo & virtus. 82.

Superbia. Superbus qui contra Obedientiam vult eſſe humilis. 33. quam ſit timenda in donis. 35.

TEMPERANTIA. Sibi non Domino vivit qui temperatè non vivit. 56. V. *Mortificatio.*

Tentatio. Timenda ex noſtris laudibus. 31. nemo periculosè magis tentatur, quam qui ſe non putat tentatum. 132. peregrinantis in corpore animæ majus eſt periculum, quàm periclitantis in navi corporis. 176. improviſis inſtat. 184.

S. Thomas Apoſtolus. Quantæ poſt lapſum fuerit fidei. 249.

Timor. Quis ſit bonus & ſalubris de ſalute. 180. Commendatur à B. Virgine. 244.

Triſtitia. Quàm ſit cavenda. 120.

VANITAS. Vanus & ſtultus labor mundanorum. 154.

Veritas. In quo conſiſtat. 29. Veritatum Evangelicarum neglectus 2. quò minus dignæ apparent quæ conſiderentur, tantò magis conſiderandæ. 211. quomodo veritas in injuſtitia detinetur. 24.

Vigilantia. Quanta ſit adhibenda ſervando cordi 183. quantum cuique eſt vigilantiæ, tantum virtutis & meriti. 267. 271.

Virginitas. SS. Virginibus communis conſideratio & veritas. 271. non Virginibus. 273.

Virtus. Probatur in contrariis. 125. veras virtutes magis times quàm amas. 140.

Vita. Tota Deo debetur. 106.

Vocatio. Salutis & perfectionis certior eſt via. 196. *ubi plura de hac Materia.*

Unio. In obedientia Charitatis. 188. quæ ſpectant & promovent viam unitivam. 41.

Voluntas. In adimplenda divina voluntate, vera laus hominis. 22. Ex obedientia cognoſcitur divina voluntas. 32. nihil fructuoſum ſine illa. 121. hinc in adverſis & proſperis idem animus. 122. in illa magis ac magis facienda, renovandi animi ratio conſiſtit. 252. Quænam ſit bona noſtra voluntas. 12. 104. Niſi tuam voluntatem divinæ ſubdas, divinam ſubdis tuæ voluntati. 127. grande malum propria voluntas. 167.

ZELUS. Non vivitur in amore Chriſti ſine zelo & dolore. 50. Zelum communicandi Chriſti, multum promovere debet hæc veritas, quòd nemo magis ſibi Chriſtum ſervat, quàm qui minus ſibi ſoli ſervat. 138.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN